



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Eidem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

sona propria laboranti, vel necessarium auxilium impendenti, quām hominibus terrae tuæ, qui contra perfidos arma suscepérint expugnandos, illa valeat remissio peccatorum quam his qui laborant pro terra sancta subsidio duximus indulgēdam; cuius necessitatis te ac illos volūmus esse memores, ne contingat illius impedire succursum. Datum Romæ apud S. Petrum XV. Kal. Decemb. an. X.

In eundem ferè modum universis Comitibus, Baronibus & Militibus, & universis Christi fidelibus in regno Francie constitutis. Eadem dat.

In eundem ferè modum . . Trecen. & . . Viromanden. & . . Elefen. Comitissis. Eadem dat.

In eundem ferè modum . . Comiti Barren. Eadem dat.

In eundem ferè modum . . Duci Burgundie & . . Nivernen. & . . Drocen. Comitibus & No. vi. G. de Donpierra. Eadem dat.

#### V. EPISCOPO SANCTI ANDREÆ.

D. 150.  
De leggelen-  
di negligencia  
parvorum.

**I**N nostra præsentia tua proposuit fraternitas conquerendo quod cùm quidam monachi & alij viri religiosi quadam parochiales Ecclesias in tua dioceſi teneant ad usus proprios deputatas, & in quibusdam aliis, pro quibus annum censem accipiunt, jus obtineant patronatus, cùm eadē Ecclesias vacare contingit, Capellanos & alios Clericos instituendos ibidem tibi, prout de jure tenentur, negligunt præsentare. Unde nobis humiliter supplicasti ut tibi super hoc dignare inutilem providerere. Quocirca fraternitatē tuae auctoritate præsentium indulgenſus quatenus si prædicti religiosi viri, vacantibus Ecclesiis quæ prædictis modis ad ipsos pertinere noscuntur, tibi, prout de jure tenentur, Capellanos vel Clericos infra tempus à canonibus diffinitum malitiosè præsentare contempserint, tu eisdem Ecclesiis de personis idoneis providendi liberam autē, nostra suffultus sub. cuiuslibet contrad. & app. ob. habeas facultatem, ita tamen ut propter hoc nullum eis præjudicium generetur. Datum ut in alia. Sutri Id. Novemb. anno decimo.

#### EPISCOPO PARISIENSI.

D. 151.  
Nomen Ma-  
gnum.  
Theologorum  
salutem Pa-  
risiensium de-  
finiunt.

**S**icut expedire credimus ut apud civitatem Parisiensem, ad quam pro saepe paginæ disciplina celebris recursus habetur, Theologorum sit copia Magistrorum, qui parvulis potentibus panem fran-

gant, & esurientes animas reficiant pabulo verbi Dei, sic etiam decens est ut ipsorum numerositas refrenetur, ne forsitan propter onerosam multitudinem, quæ nihil habethonesti, vel vilescat eorum officium, vel minus composite impleatur, cùm Deus omnia fecerit in numero, pondere, ac mensura. Hac igitur consideratione prudenter inducti, autē præs. firmiter inhibemus ut Parisius Magistrorum Theologiae numerus octonarium non transcedat, nisi forte multa necessitas vel utilitas hoc exposcat. Nulli ergo &c. nostræ inhibitionis &c. Si quis autem &c. Datum Sutri XVIII. Kal. Decembbris anno decimo.

#### E I D E M.

**S**Olet annuere &c. n̄que impertiri. Cūm igitur examinationem quorundam, qui à te vel præd. tuis ad sacros ordines sunt promoti, quibus provideri mandamus in beneficio competenti, non nunquam aliquibus committamus, auctoritate præsentium firmiter inhibemus ne nisi te vel responsale tuo præsente ad examinationem hujusmodi procedatur, ut contra examinandos tibi proponere liceat quicquid rationabiliter duxeris proponendum, ita quod per examinationem aliter attentatam nullum tibi præjudicium generetur, nisi forsan evocatus legitimè in elusionem mandati nostri examinationi hujusmodi per te vel responsalem idoneum neglexeris interesse. Nulli ergo &c. nostræ inhibitionis &c. Si quis autem &c. Datum ut in alia.

Epist. 151.  
Mandata de  
providendo  
quomodo in  
executionem  
mittenda.

#### E I D E M.

**C**um in Lateranen. Concilio sit statutum ne monachi &c. fraternitati tuae, de qua certam fiduciam gerimus per ap. sc. m. q. si quem monachum in aliqua Ecclesia diocesana tibi lege subjecta singulariter inveneris habilitare, ipsum mo. præ. per cen. ecc. app. re. compellas ut vel ad suum monasterium redeat, vel aliquem honestum fratrem secum habeat commorantem. Dat. ut in alia.

Epist. 151.  
Ne monachi  
singulares sint  
in monasteriis.

#### E I D E M.

**A**d nostram noveris audientiam pervenisse quod tam à monachis & aliis viris religiosis quām à Clericis secularibus tuae dioecesis multa gravia committuntur, quæ si non fuerint superioris lima correcta, graviorum excessum ma-

Epist. 154.  
Ut monachos  
& clericos sue  
dioecesis corri-  
gant.